

1773



COMMENTARII SUPPLEMENTUM

In vetustas, & nuperrimas Pragmaticas

REGNI NEAPOLIS

CAMPANIÆ Fœlicis.

AUCTORE

DOM. FRANCISCO DE CONSTANTIO

BARONE INSULÆ

Jureconsulto Neapolitano, atque Caasarum patrono.

Opus apprime utile, non solum in Scholis profitentibus, sed etiam in foris exercitantibus.
In quo præter eruditionem, omnia, quæ ad praxim ejusdem Regni, pertinent, declarantur. Enucleantur quoque leges juris communis Romanorum, cum illis abrogatis, vel derogatis ab eisdem Pragmaticis.

Variaque Tribunalium decisiones, suis quibusque locis subnectuntur in controversiis valde ambiguis, cum Notis ad Commentum ejus *Gentil. sup. l. unic. C. de Class. lib. 12. In Prag. un. de Off. Reg. Triv.*

D I C A T U M

ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS. DOMINO

D. JOSEPHO DE MEDICES

PRINCIPI OCTAVIANI,

DUCI CIVITATIS SARNI,

Atque Hispaniarum Magnati, &c.



EXCELLENTISSIME DOMINE.



Arcus Marcellus Romanorum Consul, è Manubiis Siculis Templum à se extractum, virtuti, & honori dicavit, Excellentiss. Domine; At cujus virtuti, si-
 vè honori, Commentum hoc Pragmaticarum san-
 ctionum subiicerem, tantò in æstu fui, quantò nun-
 quam antea, ut præter illam tui optimi Principis,
 aliam non inveni. Et sanè Magni, nunquam habuisti gloriam tuorum,
 Majorum, nec altis inclytum titulis genus, sed claram virtutem, &
 hacce de re ad verum honorem assequendum, inter virtutis labores,
 assiduè versatus es, cum honesta jubes, & contraria prohibes, in gladii
 potestate adversus fontes. Licèt enim antiquitas Alexandrum ob res
 mirabiliter gestas, magnum appellaverit, & Mercurium Ægyptio-
 rum Regem ob Sacerdotium, sapientiam, & Regni moderamen, ter
 Magnum, in te uno, simul omnia excellentiori modo, adeò efful-
 gent, ut divina quadam providentia, populorum gubernia tibi com-
 missa fuisse, dubio procùl arbitremur: Planè cum vetus Scriptorum ino-
 levit sententia ab Heroicis jam ducta temporibus, labores suos sum-
 mis dedicare Principibus, ideò scèlix, faustùq; mihi erit in talem incidis-
 se Principem (studioforum Meccenatem) de tam celsissima propagine
 (de qua tacebo, nè loquendo detraham) quum progenitus sis ex Sere-
 nissima Medicea Genealogia, quæ ad illud fastigium evenit, in quo
 hodiè, par Magnis Regibus verlatur, ut à pluribus seculis in Florenti-
 na Republica Principatum gessit, adeòt plus, quam Regias sibi com-
 paravit opes, & per universam latè Hetruriam ditionem suam exten-
 dit; adeòt Anno Christi 1569. à Pio V. Pontifice, Cosmus I. Rex
 creatus, à quo tempore Medicei dici cœpere M. Duces Hetruriæ, sive
 Tusciæ, sive Florentiæ; Undè cum à celsitudine serenissima sis ortus,
 nonnisi magna, & regalia trahis opera; nemo mediocriter orbis re-
 rum gnarus est, qui nesciat, quod Mediceæ Familiæ nobilitas, ex qua
 claret Excellentia Vestra, mirum in modum præfulget, ut non alicui
 mundano Principi invidat, sed potius ex isto etiam capite, alii eidem
 invident, & etiam modo inter orbis omnes Familias caput extollit;
 Exin non me fugit victoria, quam retulit contra Longobardos, & Gi-
 gantem Mugel Eurardus de Medices, qui gerebat secundas partes
 post Carolum Magnum in Italia, ut verò alia multa præter eam, pauca
 hac non reticebo; Ab hac progenie effluxere S. Theodorus, & S. Joanes
 Medices, & ex sanguine materno (propter connubium Mariæ de
 Medices cum Henrico II. Franco-Galliæ Rege, & aliud Catharinæ de

OPERIS APPROBATIO, ET CENSURA,

Tam Ecclesiastica, quam Regia.

DE MANDATO EMINENTISSIMI DOMINI,

Dominus Canonicus D. Antonius Cangianus videt, an concordat cum suo originali, & in scriptis referat die 14. Augusti 1700.

Jo: Andreas Siliquinus Vic.Gen.

D. Ianuarius de Auria Canon. Deputatus.

Eminentiss. & Reverendiss. Domine.

Librum, cui titulus est, *Ad novissimas Pragmaticas Regni Neapolis Commentaria ab V. I. D. Francisco de Constantio*, eruditè conscriptum, te jubente, summa animi voluptate perlegi, nihil in eo, quod bonis moribus, aut Fidei Orthodoxæ puritati adversetur inveni, quinimò omnia de quibus Auctor ingeniosus disputat pietatem, æquè, ac solertiam redolent, dignum propterea tantum opus consonans cum suo originali, posse publicari dijudico, si ita videbitur Eminentiaæ Tuæ, hac die 27. Septembr. 1700.

Eminentiaæ Tuæ Reverendiss.

Humillimus Cliens

Antonius Cangianus.

Visa supradicta relatione Domini Revisoris, Imprimatur.

Jo: Andreas Siliquinus Vic.Gen.

D. Ianuarius de Auria Canon. Deputatus.

Excellentiss. Domine.

LEgi Commentarios ad Pragmat. sanctiones hujus Regni Magnif. Francisci de Constantio Jurisconsulti magnoæ indolis, & in foro causarum patroni discretissimi, in quibus, nihil ex ejus sententia contra Regalem Jurisdictionem scriptum inveni; Cæterum opus perutile mihi videtur, & ut par erat, summa, variaque eruditione contextum, ejusque Author satis, superque demonstrat, quanta rerum forensium noticia polleat; propterea typis excudendum censeo ob publicam studiosorum omnium, & in praxi versantium utilitatem, si tibi videbitur, Princeps Excellentissime, quem nobis semper Deus servet incolumen. Nesp. 30. Augusti 1700.

Excellentiaæ Vestrae

Addictissimus Servus

Hyacinthus Biscardus Index M.C.V.

Visa supradicta relatione, Imprimatur, verùm antè publicationem servetur Reg. Pragm.

Gascon Reg. Andreaffi Reg. Guerrero Reg. Mercado Reg.

DEO




COMMENTARIA
NOVISSIMA

FRANCISCI DE CONSTANTIO.

In plerasque omnes Pragmaticas Sanctiones Regni
Neapolitani, vsque adhuc in lucem
editas.

P R Æ L U D I A.



S Y M M A R I V M.



Rex Sicilia non recognoscit Imperatorem. nu. 1.
Provincia huius Regni antiquitus, sub quorum dominio erant. nu. 2.
Quando fuit diminuta Imperatoris Constantinopolitani potestas in Italia. nu. 3.
In quibus temporibus desierit observantia legum Iustiniani in Italia. nu. 4.
Populi cum quibus legibus Audam antea vivebant. nu. 5.
Quomodo a Pisanis inuentum sit corpus legum civilium. nu. 6.

Lotharius Imperator doceri ius civile, in Academia præterio mandavit. nu. 7.
Accursius sub qua ætate edocuit ius civile, & per quot annos commentarios, legibus Iustiniani ascripsit. nu. 8.
Leges Romanorum quomodo fuerint à Populo usque receptæ. nu. 9.
Exercitantes in foris non debent ignorare ius municipale. nu. 10.
Ius Regni à iure Romano, interpretationem accipit. nu. 11.
Plures nationes in Germania recesserint à iure Saxonico, & ad ius civile redierint. nu. 12.
Præcipue, & Universitates Germania, non possunt statuta condere, contra ius civile Romanorum. nu. 13.